



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XLVI. Quadrimus puer Varsauiae sanatur anno 1611.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

tandæ causa dimissum fuerat, vt posset naufragis subsidio esse. At hic, natus Prætori, Antonio Maldonato Riberææ, cogitatio incidit, eius in cultum S. Ignatij præclarissimo studio mirè quadrans, implorandi nimirum ipsius auxilij tum vt atrox discrimen discuteret, tum quantâ esset in cœlis gratiâ palam incredulis ficeret; pridiè siquidem de sanctimonia illius, nondum videlicet Beatis adscripti altercatio fuerat, & quantum ad aliquos minus honorifica quam deceret. Ut autem constaret gratiam quæ postularetur, eius beneficio deberi, rogauit vt horis ante meridiem duabus, ventum, qua valebat apud Deum potestate mutaret, quo possent iis defuncti scopulis portum tenere incolumes. Supererant quatuor ad dictam decimam tantum horæ; quidam è Patribus, temoni S. Ignatij imaginem appendit, atque illa omnino quam Prætor statuerat decima, tantum ventus remisit, quantum definite opus fuit ad explicandam nauim ex illis faucibus, implicandam prolsus nautarum iudicio, in alios scopulos, si quavis alia venti mensura vicheretur, sic salui, lati, & alacres portum breui tractu optatum attigerunt.

Transibat Mediolano Philippus Lopesius Villanouanus, ubi iurgatus cum quadam sibi nota, etiam ad manus venit, ac dum colluctantur, detraictum ille Philippo pugionem sub eius mamilla defigit, inter nonam & octauam costam. Increuit vulneri febris ingens, pulsus durities, & sudor frigidus cum deliquio spirituum, & ægro anhelitu: chirurgus plagam palmi altitudine metitur, & tam ipse cum perito sodali, quam medicus, ex communi examine non plus ei vitæ, horis quadraginta restare pronuntiant. Iam quidem peccata expiarat apud Sacerdotem quem primum necessitas obtulerat, sed quod Castellane nou satis caperet, ne quid revideret animo scrupuli Sacerdotem acciuit è Societate, qui postquam audiit confidentem, plurimum suasit, vt in patrocinio S. Ignatij vitam depонeret, peteretque ab eo seruari, si è re animæ futurum prospiceret: monrem fauciū gesit, voutique se ad eius sepulchrum, si sanus euaderet, donarium ex argento missurum. Quibus ita peractis febris ponit; redit spirandi facilitas; vulnus postridie, bolidem vix uno digito admittit; quod tuspiciati medici ex tumor ortum, futuri abscessus prænuntio, noua consilia distulerunt quoad clarioribus indicis docerentur. Sed erat hæc conglutinatio, non tumor vulneris, quod intra quartum diem cum planè coiisset, septimo ægrotus lecto se expedit, nono iter quod cœperat in Belgium repperit.

Fuit Stanislaus Philippouizio Varsaviæ proconsuli quadrimus filius Hiacinthus vitæ ex morbis conclamate, cuius in momenta mors expectabatur. Auctor fuit matri Sacerdos Canonicus, ferendi puerum in Societatis templum, nuncupandique pro illo ad S. Ignatium voti. Paret pie suadenti mater, patre licet admodum repugnante, quod moriturum prius crederet filium, quam ad templi fores ventum esset. Verum longè fecus quam metuerat euenit; tulit puerum mater, toto sacri tempore coram

H H h                    S. Ign

## XLV.

*Ex lethali  
vulnere sa-  
natur.*

## XLVI.

*Quadrimus  
puer Varsa-  
via sanatur  
anno 1611.*

S. Ignatij effigie sustinuit brachiis , flens sancti suffragio commendauit; peracta re sacra , sic sanum deprehendit , vt impositus altari, per se in pedes consisteret, quod piæ matris acerbas lacrymas gratulatoriis mutauit.

## XLVII.

*Paralytica  
sanatur.*

Annam Barcelloniam sexagenariam , ea biennium tenebat paralysis , vt gressum nisi misere se trahens , & fulciente aliquo, non moueret. Huic interuenit apoplecticus affectus , & intercluso medio corpore , lecto affix immobilem , ad hæc sœui dolores partem apoplexi superstitem , ita cruciant, vt toto oculu oculos in somnum non clauderet. Nihil ergo deinceps humanitus ab hominibus expectantem , adegit necessitas eò fidentius ad S. Ignatium confugere , ac inuito licet membrorum stupore , obstinavit animum per se illi se sistere , confisa illum haudquaquam passurum , vt dominum inanis rediret; nec eam sua persuasio fecellit , adminicula sibi tot adiunxit, vt exiguum illud quod intererat spatij ab suis ædibus in templum nostrum , duabus horis demum confecerit. Ibi sancto promittit , nouen-dialem precem , sacrum vnum , cereum anathema , confessionem peccatorum , & in eius sacello sacra Eucharistia sumptionem. Votum edidet , & miratur se repente sanari , reuiuscit , excusisque tot morbis dominum redit absque adminiculo sola ; postridie integrè iam valens , templum repetit liberatura promissi fidem.

## XLVIII.

*Cure casta  
repente sanata  
tur.*

Est Manebrega Hispaniæ oppidū duabus ab Calataude leucis , illic in æde curiali Valerius Piquerius è Societate per quadragesimam concionatus est anno 1623 , cumque in templi sacrario animaduertisset S. Ignatij tabulam, stantis & calvam mortui altera , librum manu altera præferentis , rogauit eam in templum transferri , & ad publicam venerationem in facello reponi. Quod solemni ac frequenti pompa die altero paschæ peractum est , verba fecit ad populum pater de sancti laudibus , & miraculis , eius deprecatione impetratis. Quibus in eius fiduciam ex iis qui aderant mulier , accendi se sensit : erat hæc Hieronymi Ladronij Gueuarensis vxor Mariæ Gasconia nomine , & cruce altero deformiter claudicans , procedere tres passus non poterat nisi aliquo sustentante. Promisso igitur se S. Ignatio obstringit si valetudinis optato se dignetur bono , ex templo miraculum voce contenta vulgaturam. Vix precationem votumque clauerat , cum enodari pes , laxari producique nerui , ipsa consurgere , staréque in pedes tam firmiter , vt si nunquam iis fuisset affecta. Voce ergo quantum potest elata mixtis præ gaudio lacrymis Miraculum inclamat , procurritque ad sa-cellum festina in quo sancti effigies locata fuerat , stupente populo , quam dudum viderat incessu priuatam momento valuisse.

## XLIX.

*Brachio capta persanatur.*

Nouitatem rei spectabat Maria Parientia Alfonsi Boëssij coniux , & liberalitate permota S. Ignatij , tantulis precibus tanta indulgentis; eadem qua prior conditione ausa est petere lœvum brachium sibi restitui , stupore emortuum , & medicatione chirurgorum , quam suopte malo deterius. Auditur precantis fiducia , ex crepitu ossum , & peruvadente brachium vigore insolito sanari se sentit , experturaque rem brachij motu , vbi valens

&amp;